In dei nomine et eius gratia. Ego Adefonsus dei gratia hispaniarum imperator una cum coniuge mea domina berengaria grato animo et uoluntate spontanea nemine cogente. facio cartam firmam et stabilem uobis omnibus franchis de toleto. et dono uobis et concedo tales foros quales habuistis in tempore mei aui regis adefonsi. et in tempore domini bernardi toletane sedis boni archiepiscopi. uidelicet ut habeatis uestrum proprium merinum. et uestrum saionem. et quod nullus de uobis caualguez per foro nisi ex sua uoluntate caualguare uoluerit. et concedo uobis quod alter merino uel alter saion non intret in uestro barrio pro pindrare uel [illegible]quo malo facere nisi uester proprius quem habetis. et quod non faciatis aliam facenderam neque alium forum nisi talem qualem faciebatis in tempore mei aui regis adefonsi. Hos foros predictos dono et concedo uobis omnibus franchis de toleto ut habeatis et teneatis illos uos et filii uestri et omnis generatio uestra. et omnes alii franchi qui in toleto populauerint. iure hereditario in sempiternum. Quicumque hos foros rupertit. siue de mea gente uel aliena fuerit. sit a deo maledictus. et in inferno cum iuda proditore perpetue dampnationi subiaceat. et pectet imperatori mille morabitinos.

Facta carta in burgos. VIII. KL. maii. Era M. C. LXX IIII. Adefonso imperatore imperante in toleto in legione. in sarragoza. naiara. castella. galicia.

Ego Adefonsus imperator hanc cartam iussi fieri et factam propria manu roboraui.



Rex ... anno quo corona imperii primitus recepi.

Ego Fernandus dei gratia Rex hispanorum imperatoris domini Adefonsi filius hanc cartam propria manu et proprio signo confirmo.

Raimundus toletanus archiepiscopus	conf.	Comes rodericus martinez	conf.	Guter ferrandez maior domus	conf.
Petrus secobiensis episcopus	conf.	Comes rodericus gonzaluez	conf.	Rodericus ferrandez	conf.
Berengarius salamantinus episcopus	conf.	Comes rodericus gomez	conf.	Almarricus alferiz	conf.
Bernardus cemorensis episcopus	conf.	Comes gonsaluus	conf.	Melendus bofin	conf.
Semenus burgensis episcopus	conf.	Comes lop diez	conf.	Albertinus	conf.
Petrus palentinus episcopus	conf.	Comes rodericus uelez	conf.	Petrus garsiez de foilleda	conf.
				Palea uiglar	conf.

Giraldus scripsit hanc cartam iussu magistri hugonis cancellarii imperatoris.

6